Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38235
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



mma
emaus autem ipsa est emmaus civitas insignis palestine que post expug
nationem iudeorum sub marco aurelio antonino principe restaurata
cum statu mutavit & nomen. & factum est dum fabularentur & secum que
rerent. & ipse ihs adpropinquans ibat cum illis. Loquentes de se
dns adpropinquans comitatur ut & fide sue resurrectionis eorum
mentibus incendat & occulte presentia magestatis semper se quodpmi
sit impletum esse designet. ubi venerunt duo tres congregati tum
nomine meo ibi sum in medio eorum oculi autem illorum tenebantur
ne eum cognoscerent & ait ad illos qui sunt hi sermones quos con
fertis ad invicem & estis tristes; Apparuit quidem discipulis
dns sed eius speciem quam recognoscerent non ostendit. hoc
ergo egit foris dns in oculis corporis quod apud ipsos agebatur in
tus oculis cordis ipsi namque apud semet ipsos intus amabant. &
dubitabant eis autem dns foris & ipse ibi aderat & quod eis prosten de
bat de se ergo loquentibus presentiam exhibuit. sed de se dubitantibus
cognitionis suae speciem abscondit respondens autem unus cui
nomen cleophas dixit ei tu solus peregrinus es in hierusalem & non
cognovisti quae facta sunt in illa his die bus. peregrinum putabant
eum cuius vultum non agnoscebant. sed & revera peregrinus erat eis
aquorum naturae fragilitate. precepta iam resurrectionis quae longe
distabat; peregrinus erat eis. aquorum adhuc fide utpote resur
rectionis eius nescia manebat extraneus quibus ille dixit quae
& dixerunt de ihu nazareno qui fuit vir pphta potens in opere
& sermone coram deo & omni populo; prophetam & magnum fi
tentur: filium dei tacent vel scilicet & pridum pfecto credentes. vel
sollicitudine ne incederent in manus iudeorum prequibitum quia
nesciebant quis esset cum loquebantur. quod verum credidere
celantes; & quomodo tradiderunt eum; summi sacerdotes & prin
cipes nri in damnationem mortis & crucifixerunt eum; nos autem spe
rabamus quia ipse esset redempturus israel; Merito tristes in
cedebant. quia & seipsos quodam modo arguebant. quod in illo
redemptionem speraverunt quae iam mortuum viderant nec
resurrecturum credebant & maxime dolebant. eum sine culpa
occisum. quia noverat innocentem; & nunc super haec omnia tertia
die est hodie quod haec facta sunt. sed & mulieres quae
dam ex nris terruerunt nos. quae ante lucem fuerunt ad mo
numentum & non invenerunt corpus eius. venerunt dicentes
se etiam visionem angelorum vidisse. qui dicunt eum vivere;